



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

uit, &c. quod congruit ei, quod ali-
 bi dictū est de eiusdem ecclesie fun-
 datione: *Fūdatur exultatione uni-*
uersa terra. Celestinus enim Papa
instituit, quod psalmi David. 150.
ante sacrificiū canerentur antipho-
natim ex omnibus, quòd antea non
siebat: sed tamen tantū Epistola &
Euangeliū legebatur, sicut habetur
in gestis pōtificialibus. Unde & ad-
huc in vigilijs Paschæ & Pētecostes
hic mos retinetur, ut Missa à lectio-
ne incipiatur. Quod tamen ita intel-
ligendum est, quod ex omnibus psal-
mis quedam excipiuntur, quæ pro
introitibus, gradualibus, offertorijs,
communionibus frequenter canur-
tur. Psalmos autem David insti-
tuit, qui in eis modulandis precipu-
us fuit; non propter temporalem de-
lectationem, sed propter spiritua-
lem deuotionem.

Psal. 47.

CAP. XIX.

C 3 Deinde

Explicat
quid sig-
nificet
Kyrie e-
leison, &
cur dica-
tur Glo-
ria in ex-
celsis.
Psalm.

DEinde sequitur Κύριε ἐλέησον, quod à choro cōcinitur. Duæ enim sunt dictiones in Græco, & non dictio composita, & Domine miserere, interpretatur. Unde Psal-
mus: Domine, miserere nostri; te enim expectauimus. Et cum nouem modis peccemus, nouies illud dicimus: quia contra infamem nouenarium Dei misericordia indigemus. Est enim peccatū Originale, Actuale, Mortale, & veniale, Serpens, mulier, & vir. Serpens concupiscentia est, quæ suggerit originaliter: Mulier, delectatio, quæ comedit venialiter: Vir, ratio, qui consentit mortaliter. Est iterum peccatum cogitationis in corde, sicut mortuus in domo loquutionis: In ore, sicut mortuus in porta perpetrati-
onis: In opere, sicut mortuus in monumento. Est iterum peccatum fragilitatis per impositionem simplici-
tatis,

tatis,

tatis, per ignorantiam malignitatis, per inuidiam: hoc est, peccatum in patrem, & filium, & spiritum sanctum: & ideo misericordiam petimus, ter ad patrem, ter ad filium, ter ad spiritum sanctum. Vel ideo nouies dicimus, ut nouem ordinibus angelorū sociemur. Quod cātari in ecclesia à clero B. Greg. præcepit, quod à consuetudine Græcorum accepit. Additur hymnus Angelicus, scilicet, Gloria in excelsis: quod Telesphorus 96. à Petro ad Missam nocturnam natalis domini, quam ipse constituit, cantari præcepit. Symmachus autem Papa 45. post Telesphorum diebus Dominicis & festiuis, id est, in sanctorum natalitijs, hunc hymnum cantari voluit. Ea verò, quæ sequuntur post illud, Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, beatus Hylarius Episcopus Pictauiensis, sicut dicitur,

C 4 super-

Esa. 9.

superaddidit. Episcopus ergo siue Sacerdos, qui Angelū magni consilij representat, hunc hymnum, quem angelus primò protulit, inchoat, chorus autem concinendo prosequitur: quia subito cum angelo fa-

Luc. 2.

cta est multitudo cœlestis exercitus laudantium & dicentium: Pax in terra bona voluntatis hominibus. Generali autem nomine carmina quaecunq; in laudes diuinas dicuntur, Hymni vocantur: Iste autem hymnus præcellit, quia pacem annunciat. Cùm enim ante Christi natiuitatem inimicitia essent inter Deum & hominē, quia homo creatorem suum per inobedientiam suam offenderat: & inter angelum & hominem, quia homo per casum suum restorationem angelicam impedierat: & inter hominem & hominem, quia homo ab homine se per ritus varios separauerat. Nam Iudæus

dæus

deus ceremonias excolebat, & Gen- Eph. 2.
tilis Idololatriam exercebat, & v-
trig³ ritus alterius displicebat. Ideò
pax nostra Christus fecit utraq³
unum, inimicitiarum materias de-
struens, & concurrentes parietes in
se angulari lapide collocavit. Aufe-
rendo enim peccatum reconciliauit
hominem Deo, reparando casum re-
conciliauit hominem angelo, detra-
hendo ritum varium, reconciliatus
est homini homo: Et ideò in horum
figura salutavit Angelus hominem.
Natus est Deus & homo, positus est Esa. i.
in diuersorio inter bovem & asinū,
Iudæum scilicet & gentilem: quia
cognouit bos possessorem suum & a-
sinus praesepe domini sui.

CAP. XX.

Hymno finito, quem Episcopus Sap. 18.
inchoauit, silente clero & po Reddit
pulo: quia dum medium silentium causam
tenerent omnia, natus est Deus & cur Epi-
scopus
C 5 homo. saluter